

esse pmitto. Uestre autē sanctitati pater optime supplicare nō  
cesso quaten⁹ abbatū vestrorū omnib⁹ orationibus me pecca-  
torem miserū ⁊ mandatorum dei trans gressorē infelicissimū cō-  
mēdare dignemini singulis si placet iniungēdo / vt ⁊ ipsi reuer-  
si fratrum suorum orationibus me et mea commendare digne-  
tur. Gal.

373.

**C**omes Foren⁹ confirmat donationem  
factam per patrē suum omnib⁹ abbatiis  
ordinis de pedagio leida ⁊ omni exacti-  
one omnium rerū ordinis que portātur  
per terram suam.

**E**go Hingo dei gratiā comes Foren⁹ Motū volo fieri omni-  
bus p̄sentis litteras inspecturis qđ bone memorie Hingo pa-  
ter meus dedit deo ⁊ beate Marie Listerij fratribusq; ibidem  
deo seruientibus. Sed ⁊ omnibus abbatūs eiusdē ordinis pe-  
dagīū / leidam / ⁊ omniē aliam exactiōne pro rebus suis p̄prijs  
in tota terra sua vbiq; vendendis vel emendis vel transferen-  
dis. Ego quoq; p remedio anime mee ⁊ uxoris ⁊ eiusdē patris  
mei predictā elemosynā concedo / laudo / ⁊ p̄sentis scripti sigil-  
licq; mei testimonio cōfirmo. Actū anno dñi millesimo ducen-  
tesimo yicesimo quinto.

**D**ominus vicecomes Massilien⁹ cōcedit  
omnibus de ordine qđ securi trāsire pos-  
sint per urbem Massiliam ⁊ per omnem  
terram suā / neconon vendere ⁊ tenere abs-  
q; omni exactione vt sit particeps oratio-  
num ordinis.

Reuerentissimo S. dei dispositione Listerciensi abbatii vniuersoq; sanctorū patrū capitulo. R. Sanfredi cognomēto baralis eiusdē gratia vicecomes Abassilie indeficientē in sancta p̄fessione leticiam. Qm̄ teste humani generis redemptore/nō habēt opus sani medico sed qui male habent/ multis & immēsis peccatorū depresso grauaminibus diuina fauente gratia remedia a potentib; subueniendi expostulo. Siquidē ab omnipotentis dei ineffabili bonitate ingenti impietate & iniquitate mea longe factus nīsi forte in eo dixerim esse mecum qđ grātia ipsius iniquitatē mēā ego cognosco/ & peccatū meū coram me est semp ad eius asseſores & collaterales atq; ipso testante amicos/id est ad vos orationū vestrarū suffragia implorando cōfugio. De vestri ergo ordinis abundantī caritate cōfisus ab sens licet corpore p̄sens tamē mente instanti deuotione depoſco vt me in fratrem & fidelem recipiatis/ & p̄ anima bone memorie fratris mei Guilhelmi grossi iuges dñi preces fundatis & vtrunc; omniū bonorum vestrorū participē faciatis/ atq; in gens missarū debitū quod pro eo teneor persoluere intuitu ca ritatis si placet ex parte releuare curetis/ vt a nobis semper im pleatur quod apostolus p̄cepit/ Alter alterius onera portate/ &c. Ego em̄ qui spiritualia a vobis requiro non quidē indignū sed paruum duco cū temporalia vobis porrigo hoc tamē con cedo laudo & iure p̄petuo confirmo qđ sicut abbates vestri ordinis qui mibi vicini sunt/ ita & omnes longe vel p̄pe positi li beri & securi ab omni exactione in vrbe Abassilia/ & per omnem terram meam eant & redeant vendentes & ementes queq; sibi fuerint necessaria.

Dominus comes Flandr̄ & Uliom̄ intu itū fraternitatis ordinis sibi cōcessē dat vniuersis fratribus ordinis vt ipsi cum vniuersis que ipso rūm̄ sint transire pos-